

P. CLAUDIO DA SOLESINO, O. F. M. Cap., *L'Apologetica di S. Lorenzo da Brindisi. Originalità.* XVI + 431 pp. — Ed. : Post. Generale dei FF. MM. Cappuccini, Roma.

Cum S. P. Johannes XXIII S. Laurentium a Brindisi (anno 1959) Doctorem Ecclesiae declaraverit, sodales O. F. Min. Capp., inter alia, consilium inierunt, doctrinam specificam S. Laurentii, eiusque rationem doctrinae exponendae pressius proponere. Curia Provincialis Ordinis dicti, in Venetis-Mestre, seriem librorum edere intendit, sub titulo : *Miscellanea Laurentiana*. Huius seriei liber, de quo his sermonem facimus, est numerus tertius. S. Laurentius zelosissimus fuit in refellendis erroribus Lutheranismi, qui tunc florere coeperat. Pistorius ediderat, in lingua germanica « *Anatomiam Lutheri* ». Post ipsum Pistorium, S. Laurentius conscripsit opus cui titulus : « *Lutheranismi Hypotyposis* ». — P. Claudius da Solesino, opus hoc S. Laurentii accuratissime ex omni parte describit. Quomodo S. Laurentius incitatus fuerit ad illud conscribendum ? Fuitne directe dependens ab opere Pistorii « *Anatomia Lutheri* » necne ? Qua ratione suam apologeticam expositionem conceperit et executioni tradideret S. Laurentius ? Hae et similes quaestiones in hoc opere fuse considerantur et tractantur. Manuscripta antiqua huius operis S. Laurenti nota prae oculis habentur, ita ut etiam partes illae libri, compositae ab ipso S. Laurentio, sed libro edito non insertae, hic edi possint. S. Laurentius in suo libro non opus stricte scientificum componere intendebat ; eius intentum potius erat ita scribere, postquam accurate inquisierat quid Lutherus scripserat et dixerat, ut nemo aut saltem quam paucissimi se seduci sinant ab haeresi Lutherana. — Fatendum est ergo P. Claudium nihil omisisse ut opus S. Laurentii dictum ex omni parte denso lumine illustrari valeat.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

J. JOMIER, O. P., *Bijbel en Koran.* 127 bl. Pr. : ing. : 90 fr. ; geb. : 105 fr. — Dr. J. KIJM, S. J., *Psychologie.* 218 bl. Pr. : ing. : 155 fr. ; geb. : 175 fr.

Beide boeken werden uitgegeven door Romen e. Zonen, Roermond-Maaseik. Het onderwerp van het eerste wordt klaar aangegeven in de titel. P. Jomier gaat de aanrakingspunten na, die vast te stellen zijn tussen Bijbel en Koran. De schrijver toont meer dan voldoende aan, dat hij zijn onderwerp onder de knie heeft, en in een bondige synthese de hoofdpunten van zijn veelzijdig onderwerp klaar aanduiden kan. Dit boek is dan aan te bevelen aan allen die daarover een verantwoorde uiteenzetting verlangen. — Het onderwerp van het boek van P. Kijm wordt meer bepaald aangegeven in de bijtitel : *Inleiding voor Zielzorgers*. Het wordt uitgegeven in de gunstig-bekende serie : *Berchmanianum*, die, onder de leiding van de professoren van de filosofische faculteit S. J. te Maastricht, punten uit exacte en geesteswetenschappen in verband met de wijsbegeerte